Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26143
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in omni benedictione spiritali in celestibus in xpo. sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius in karitate. Et addit. Qui predestinauit nos in adoptionem filiorum per ihm xpm in ipso. secundum propositum uoluntatis sue in laudem gloriae gratie sue. in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. Hec dubium quin uoce omnium electorum ista dicantur et ipsi ecclesia sunt. Nullo quippe tam profundo et intimatis sinu. antequam luce opus quisquam diceret huius creationis. quis illa et beatorum spiritum inuenire aliquomodo ualuerit. nisi cui ipsa eternitas dominus voluerit reuelare. Sed et cum iam adnutum creantis uisa esset emersisse in species formasque facticias has atque uisibiles. non continuo tamen inuenta est a quibusque hominum et angelorum eo quod non agnoscerentur imagine terrestris hominis adumbrata. et opta mortis caligine. Sine quidem genialis uelamine confusionis. nemo filiorum hominum intrauit hanc urbem. uno sane excepto qui ingredietur sine macula. Emmanuel is est. qui tamen et ipse carnis pro nobis. nostri se induit maledicti. nostrique peccati similitudine. non uertitur. Sic enim habes et apparuit in similitudine carnis peccati. ut de peccato damnaret peccatum in carne. Decet unum omnibus proma introitus est electis dico et reprobis. Non enim est distinctio. Omnis peccauerunt. et omnis pilleum sue uerecundie portant. Sed propter hoc itaque et si in rebus editis iam creata existens ecclesia. nec sic tamen a creatura aliqua in [illegible] uenire poterat et agnosci. muro utique non interim latens et intra gremium beate predestinationis. et intra massam miserie damnationis. Ceterum quam celauerit abenno predestinans sapientia. et ire creans potentia. minime predicerat abuntio. uisitans profecto gratia suo tempore reuelauit. secundum operationem quam idem inspirationem supernominauit. quod de sponsi spiritu humanis infusum quippiam spiritibus fuerit in preparationem euuglii pacis. id est parare uiam domino. atque euuglio glorie eius adcorda omnium quorum erant predestinati adunata. frustra uigiles laborassent in predicando. si non hec gratia precessisset. Hec ut uidentes uelocius currere ubium et populos nationum ad dnm in omni facilitate conuiti. et currere in unitate fidei tribus et linguis. atque in una colligi matre karholica terminos terre. cognouerunt de diuciis glorie que a seculis abscondite tenebantur. in abdi-